Quelle: https://manuscripta.at/?ID=39612
Copyright: Innsbruck, Tiroler Landesmuseum (Ferdinandeum)

Ista est aqua corrosiua que dicitur aqua martis sic in libris amicabilis
operis describitur Recipe vitreoli romani salis nitri ana Aliter recipe
salis petri cuprose ana Aliter recipe salis aromatici vitrioli ro
mani ana commiste ligionis partem terciam camphore partem vnam
singulorum singule teraant partes puluisatas misce simul in cucurbita
cum alembico lutato luto sapiencie et distilla cum lento igne namque
prima aqua erit clara omnes carnes mortuas rodens et superfluas
delens quarulas Secunda vero aqua post illam rodit litteras
Tercia vero aqua omnia metalla deuorat et quamuis aqua possit in
vase vitreo custodiri et ultima aqua deuorans metalla debet poni
in ampullam cum longo collo coopertam ne spiritus respirent in quam
si clauum posueris in continenti bulliet aqua predicta sine aliquo calore
accidentali et non cessabit donec dissoluatur clauus Eadem aqua
cum pondere simili aque vite admisceatur generat ignem incontinenti
ita quod candela posset accendi Aqua secunda tali modo fit
recipe aquam quam super calcem viuam bonam ac nouam et iterum eadem
aque distillata ponatur super nouam calcem et iterum distilletur et iterum
super nouam ponatur calcem usque ad septem vices renouando et erit
acutissima cui apponas aquam salis armoniaci et non retinebitur
exco forti